



Philosophical Transactions

Please note: Due to an error in the print volume, the page numbering in this article may contain either page numbering skips, or page numbering repetitions, or both. However, the article content is presented in its entirety and in correct reading order.

Please click on "Next Page" (at the top of the screen) to begin viewing the article.

1. De Conchy lijs *Turbinatis*, *Bivalvibus* & *Univalvibus*, item de *Mineralibus*, *Fossilibus*, & *Tbermis Phillipensibus*, ex MSS. R. P. Geo. Jos. Kâmel. *Communicavit D. Jacobus Petiver*, *Pharmacop. Londin. & Soc. Reg. S.*

L A G A N G doimit. Biyco. Binga *vel* Tinge *Indorum*. Est *Nautilus* Tubulatus ingens, fascijs rubris circumjectis distinctus, ipsa puppe nigra.

2. Budiong. *Buccinum* est cubitale quo Indus ad indicandum periculum Inimici, Ignis aut Mortis Amici utitur.

3. Saang. *Murex* maximus, deforis scaber, exalbido & fusco commaculatus, internè quam elegantissime politus, ex albo rubescens, in sex aduncos canaliculatos, palmares & longiores mucrones, per circumferentiam explicatus.

4. Balic-gogoco. *Purpura* est stria subrubra & duplici internè & deforis cincta.

5. Ganga. *Murex* alter, totus exalbidus, in septem unciales & sesquiunciales mucrones, canaliculatos pariter, sed uno latere tantum exeuntes diductus : *Coracoidi* similis.

6. Lagang *vel* Lanhang *Bys* : Lumbanlinga C. Viarmata bulang M. Est *Cochlea* maxima, muricata, ponderosa, pendens uncias triginta, sine animali & sine operculo, apice brevi, ore ventricose expanso ; Exalbida deforis & Gypsea, polita verò argentea, ut est internè : Ex hac communiter Aceto emollita cochlearia efformantur.

Hujus

Hujus *Cochleæ operculum* Indj Bys. *Luguc M. Matanglahang* vocant; Scriptores *Fabam marinam*, *Umbilicum marinum*, *Umbilicum Veneris*, *Oculum marinum*: Hujate parte quâ latissimum palmare est pendens ad uncias sex: *Marianum* communiter tantum unciale, unde & alia *verrucosa* ^{Vires.} mittuntur. *Fabam marinam* *Schroderus* oculis prodesse & *Erysipelata* tollere gestatam scribit. *Umbilico* applicatam laudunt ad *Colicam*.

Baccius Sanguinem undequaq; profluentem mirificè sistere tradit, parte averfa cum saliva fronti applicitam; in polline nimium mensium fluxum cohibere & ijs qui sanguinem per os rejiciunt utiliter exhiberi. M. S. Miraculosè et efficaciter Oculorum cataractas, nubeculis carnositates et suffusiones defluxionesve sanare, si cum lacte Mulieris in vase cupreo atteratur, donec lac glaucescat, & guttæ aliquot mane & ad vesperam oculis instillantur: In humoris magno affluxu *Faba* cum succo *Limonis* in vase ferreo circumagitur: Si vero Oculi tantum obfuscati videantur *Faba* cum lacte Muliebri in vase argenteo confricatur.

7. *Calin huga* Tag. & P. *an Alucaba vel Anicunub Bys?* Est *Conchylium* parvum & Turbinatum, cujus odoriferum cooperculum ustum *Indæ* oleo decoquant. *An Conchylium*, *Concha longa*, *Blatta Byzantia*, seu unguis odoratus?

8. *Banifilis*. Turbo seu Buccinum *Fabij Columnæ*. Bipalmam longum.

9. *Bagonghon vel Balibit*. Turbo lævis non striatus marmoreus, subluteus, candidis & rotundis maculis ornatus, ferè sesquipalmaris.

10. *Alium* asservo palmo longiorem, apice mediocriter producto seu corpore *Banifil* magis toroso, orbibus depressis & in albo subluteis, subfuscis & his ferè quadrangularibus maculis variegatum.

11. *Pulid* Indorum, *Cochlea* est *Cylindroides*, figuræ Cylindroidis alteræ *Ionstonij*, coloris sublutei, albis & fermè triangularibus undatim picturata maculis.

J. N. N. N. N. N.
Tab. 47. Fig.
xi.

12. Trochus *Luzon.* albis maculis, nigro reticulo textus Gazophylacij Naturæ & Artis Tab. 47. Fig. xi. *Dalimanoc* Indis. *Cochlea Pyramidalis* seu *Trochus inversus* ore est lato in pyramidem affurgente apice muricato in subplanam sedem coacto, palmaris, marmorea, maculis albis majoribus in nigro reticulatam constituentibus.

13. *Cochlea cælata.* Indis *Binga* Gazophyl. Natur. & Art. Tab. 48. Fig. xiii. *Conche Persicæ similis*, centro parum sinuato, apice brevi, ore ventricose expansio ubi et sulcis transversis ad modum prominentibus cælata, lævis cæterum, cinereò, luteo & fulco variegata.

14. *Cochlea leviter muricata*, ore latè in ventrem producto, exalbida subluteis maculis undatim triangularitervè variegata.

15. *Tamongcay.* *Cochlea marina vesca*, parva, subrotunda, albissima, & arena sarta qua ut volunt alitur.

16. *Soso vel Sufu.* *Cochlea* est parva, lutescens, vesca, subrotunda, fluviatilis. Cooperculo gypseo, lævi & flavescente donata.

13. *Omaneg.* *Cochlea* ferme pugno suppar, noctu domus subrepens, & *Cochlæa* multum strepitus causans, non est vesca.

14. *Biyoco.* *Cochlea* parva, parietes & arbores scandens, fluviatilis.

15. *Buhay.* *Cochlea* fluviatilis & campestris sat magna, inhærens arboribus & strepitum edens.

16. *Cochleas terrestres vescas*, quibus *Vinæ* abundant, amplexu conglutinari & oviperas esse observavj sæpius in *Bohemia* Anno 1684, cum scrobiculo superimpositæ ova alba, orbicularia, parvò pisò paria excluderent. Ut rectè scribit *Antonius Felix Abbas Marfilienfis* apud *Malphigtum*.

17. *Tangali Indorum, alijs Samong.* *Trochus* est de foris albida & rubente cretaceave tunica obductus, politus, argenteus totus ut *Mater Perlarum* Offic. orbibus subplanis, ad apicem subverrucosis.

18. *Lisbit*

18. Lisbit. *Trochus* est parvulus ponderosus quo *Indi* utuntur eum retium marginibus appendendo.

19. Saliray *Indorum*. Sunt *Pectines* German: Concha Sancti Jacobi vel Peregrinorum, modo tenuissime carinis striatim imbricati jam minus varieq; deforis striati virgatique. Interne argentej, margine Corallino limitati.

20. Talaba. *Ostreum* est ordinarium sepius Margaritifera.

21. Conchæ *Tiquassay* facies externa *Kamel*, Gazoph. Nat. Gaz. Natur. & Art. Tab. 45. Fig. iii. *Ostreum* est oblongum nigrum tenue bivalve fragile, faxis & *Matriporis* inherens. 45. Fig. iii.

22. Calantipay. *Ostreum* tenue & delicatum.

23. *Taclobo* *Indorum*. *Ostreum* est maximum bivalve, striatim carinis palmaribus aut latioribus imbricatim rugosum & asperum. Hujus speciei esse videtur *Imbricatum* *Tridacnes* Aldrovandinum, & illud de quo *Johnstonius*. Maris Borneoci quod carnis habebat 47 lib. Monstruosum est quandoq; & ponderosissimum ita ut sæpe *Indos* captos perire faciat, alij vero brachio vel pede mutilati eradant. Non semel carne unius 30 & 40 *Indorum* saturati fuere. Horum unum cum aliorum Conchyliorum multitudine visitur in altissimo monte *Amandivi*, quod hominem jacentem & quatuor capit aquæ urnas. *Perlæ* si non potius *Lapides* dicendi in his inveniuntur formæ teretis, magnitudinis digiti, non nihilum pellucidi.

24. De Conchis & Conchylijs quæ numerosa & prægrandia in summis montium jugis reperiuntur varij varia: An non & ab aereo vertice a proximo mari sublata, illibirupto vortice dimissa spargi possunt?

25. *Buca*. Species est *Taclobo* minoris.

26. *Lattiau* *Indis*. *Concha Margaritifera* major perelegans & selectissima. Pedem Geometricum longa, tota nitide argentea, ferens uniones pulchros, magnos selectimos defertur ex *Playa Honda*. Et hanc si matrem *Perlarum* *Margaritis* substituere licet, ut censet *Serapio*, *Rondeletius* & *Velesius* substituerem, a similis siquidem principio

cipio similes sequuntur effectus. Harum quoque; (acri lixivio decolores membranas separando & alterum ex materia Cretaceâ abradendo) purgatarum pulverem in usu Medico ipsarum Margaritarum locum optimi supplere posse censet *M. Lister* in append. ad Hist. Animal. Angl. *Goedartio* annexo. addens sane quantum scio, accomodatissimus est, ad Medicamenta quævis, in quibus requiruntur vel ipsa Margarita vel Oculi Cancrorum dicti vel ipsum Corallium. Margaritam *Ovi Gallinacej* magnitudinis videre erat in *Jolo* circa *Tabitabi* quam præter Indos plures, vidisse affirmavit *Petrus Durian de Montforte* Hispanus, Vir fide dignus.

27. *Corculum ex Lattiau* effectum habuit proliferum.

28. *Unionem* proliferum proffidet.

29. *Massabay*. *Concha* est *Margaritifera ordinaria*, seu *Officinarum Mater Perlarum*, *Spithamea*, argenteo-cærulefscens, perlas habet pulchras, numerosas, parvas communiter, invenitur ubertim in *Paranas*, *Giguan*, *Balan-guiguan*, & *Portu Acapulco*, &c.

Fig.

30. *Baliad* alijs *Bunchul*. *Concha* est *bivalvis*, ferme *spithamea* ex subplano-recurva, ad marginem interne polita, fusco purpurea vel maculis ejusdem coloris sparsim variegata, deforis exalbida quasi squamose & undatim imbricata. *Perlas* gignit, sed exiguas, & inæquales, abundat in *Giguan*.

Fig.

31. *Lampyron vel Tipay, vel Cappis*. *Concha* est *bivalvis* plana, tenuis rotunda, ferme *spithamea*, lævis, candida & pellucida, materie constans prope eadem ac *Baliad*, seu fissili ut *Alumen plumosum*. *Perlas* aliquando generat sed pallentes & minutissimas. In *Luzone* vitri loco deservit pro fenestris. Pulverem aceto forti & calido subactum laudant ad tumorem testium & Herniam aquosam.

Usus &
Vires.

Fig.

32. *Dilab. Indorum. Mytulus* est *niger maximus*, seu *Concha nigra* pedalis aut cubitalis longitudinis, interne splendens et perpolita, deforis modicum scabra & paucis quibus-

quibusdam quasi imbricatim unguibus aspera, cæterum matris Perlarum tenuior; Animal *Indis* in cibum venit, ^{Vires.} sed si non optime coctum fuerit, inebriat. *Uniones* gerit atras ut *Succinum nigrum*.

33. Concha *Luzonis* tubularis virefcens, *Gazoph. Nat.* & *Art. Tab. 32. Fig. ix.* Concha caudata *Kamelj.* Boca ^{Gaz. Natur.} de Pato *Hispan* i. e. rostrum *Anatis.* Balay *Indis* Tag. ^{& Art. Tab. 32. Fig. ix.} Udpan *Bys.* Conchula est arctissime clausa, unciam lata, biunciam longior in modum rostri *Anatis* aperibilis, ad nexum palmo longiorem, candidum, duriusculam, carneam, & fistularem habens caudam cujus extremo ut *Hirundo* saxis hæret; Animalculum formæ ferne est pre- ^{Vires.} sentis crudum, esitatum Febrim inducit, corpus inflat & pruritus causat, editur probe coctum.

34. Concha caudata altera. Candida est, similis Conchæ longæ, sed brevior obrotunda, solidior & latere hians, ^{Fig.} cæterum priori similis.

35. Calangcalangan vel *Bacacay Bys.* Conchæ Chamæ, tineis multis, obliquis & cavis & piloso musco obductæ. an nigra *Bellonij*? Pro Calce paranda pro *Betele*.

36. Alayan. *Tellina* species, venditur una cum *Bacacay*.

37. Cabebe. *Mytulus* fluviatilis.

38. *Tahong. Musculj,* Concha longa tenuis, deforis fusca, splendens interne violacea & lævis ut externe.

39. *Cabilj.* Musculus.

40. *Luna.* Musculus.

41. *Halaan.* Musculus.

42. *Paros.* Musculus.

43. *Locan.* Musculus.

44. *Bulaburgat* Indorum. Concha est *Corallina*, deforis Pectinatim, imbricatimve aspera, interne colore Corallino fundus inumbratur.

45. Altera lævis striata, tantum pectinatim, deforis exalbida interne striatim argentea.

Gr. Natur.
& Art. Tab.
10. Fig. xii.

46. Sisi. *Balani* sunt *Gygantis* magnitudinis *Pomi Mis-
niacj* striati figuræ nidi avium, aîservo binos Coralloide
cærulea *Bagangbang* concluso. *Gazoph. Nat. & Art. Tab.*
10. Fig. xii.

Fig.

47. *Balisungay*. Est *Patella* parte latissimâ, palmaris,
deforis scabra exalbida gypsea; interne levissima & splen-
dens, cujus fundum subfusca quasi *Pomum Imperialis* seu
Ananas figura inumbrat, à qua novem lati & magis di-
lute fusci radij & totidem albicantes sese diffundunt in
marginem usque.

48. *Talacon*. Est *Patella* in vertice squamosa, ad mar-
ginem setis quasi *Porcinis* stipata.

49. *Lapas Indorum* est *Hujas Carina Nautilus*, 1 *John-
ston. Patella fera* seu *Auris marina*. Oblonga tenuis ni-
tide argentea, palmam longa, sesquiunciam lata.

50. *Altera* crassa est subrotunda deforis fusce rubens
interne argentea, forma & magnitudinis qua eleganter
in *Ephem. Medic.* Decade annorum Secunda Anni quarti
depingitur.

51. *Busci, Bulago*, vel *Bulabo Indorum*. Est *Concha*
Veneria pugno major, in albido, pîso paribus & fuscis ma-
culis varia, cæterum lævis & subrotunda utrumq; ubi in
se recolligitur denticulata.

52. *Altera*, ubi in se recolligitur pariter utrimque den-
ticulata, ibidem subplana & fusca; in gibbo vero a pri-
mum subfuscis & totidem albis fascijs picta dein in jisdem
varijs maculis interstincta.

53. *Tertia*, Ubi in se recolligitur uno tantum latere &
leviter denticulata, altero ovalis interne fusce rubens, ex-
terne tota candida. an *Malimacan Indorum*?

54. *Sigay. Concha* est *Veneria* parva, *Moneta Siamen-
sum*.

55. *Pinapagi. Species Sigay*, sed candida.

De Mineralibus Fossilibus & Thermis Philippenſibus.

1. *Carniolum pellucidum*, coloris aquæ puriſſimæ, Camphoræ, Lactis, Perlarum, Succinij luteſcentis & loturæ carnium, uti eſt plurimum enumeratorum colorum in uno, collegi Anno 1688 In littore *Umatag*, inſulæ *Marianarum* *Quaihan*. Deferuntur ut puto torrentium curſa ex Mediterraneis in littus, ubi cum *Faba Marina minori* collegi.

2. *Diamantes*, in *Ochon* effodiuntur, minus pretioſi.

3. *Sangavalj*. Gemma rubens mediæ eſtimationis.

4. *Cabigin*. *Cornerina* Hiſpan. Eſt *Onychinus*, deferitur *Borneo* & *Gumaca*.

5. *Batobalani vel Pauhinangay*, *Magnes*. in *Paracaleſi* eruitur territorio.

6. *Cancer* de *Haynan*: *Lapidus* eſt cum aceto diſſolutus, et inunctus inflammationes & tumores reprimiſ. Vires. *Hauitus* Febribus, diarrheis, *Dyſenterijs*, *Colicæ* & *Cholera* morbo medetur. *Dosis* ꝑ ad ꝑj.

7. *Cancri Petrifacti* inveniuntur et in Fluminibus *Palipicanis* una cum ligno *Molavin* & *Canna Indica vera* petrefactis. Ut in torrentibus *Paracaleſibus* et *Albayanis*.

8. *Lapis Conchiformis* & *Cochlea-formis* ex fontibus *Jucatan* pro *Beznar* habetur, uti et ille tunicatus torrentis *Tunaffan*.

9. *Ceraunia Cruciformis*. In Provincia *Panay*, in territorio *Damalag*, circa montem *Pangingalon*, cum fulmine dejiciuntur *Cruces Lapideæ* perfectiſſimæ, coloris dilute cæruleſcentis aliæ, aliæ obſcure, magnitudinis ſequiuncialis.

10. *Gloſſopetras Melitenſibus* ſimilimas, effoſſas & collectas in Provincia *Hilocos* *Manilam* attulit *D. Thomas Caruzalegui* ubi Indi eas cum fulmine dejici referunt, & *Linguas Fulminis* vocant. Venenis hæ non reſiſtunt. *Plinius* et alij apud *B. Caſium* eas *Lunâ* deficiente de cælo decidere

decidere tradunt. Hinc *Schroderus* post *Cerauniam* collocant.

Vires. 11. *Lapis Frigidus* de *Cananor*. *Lusitanis* *Pedra fria*. *Lapis* est *Nephritico* magis durus, facie fissilis, coloris palearis, viridescentis, & prassinj, quandoq; filamentolus, ut *Alumen plumosum*. Laudant contra Febres & Diarrheas.

Vires. 12. *Lapis Nephriticus* *Chinensis*. *Sinis* *Sia*. Affertur in vasa majora, & animalia elaboratus, coloris terrej; lutescentis, flavi, viridescentis, subpurpurei, albicantis & rubris strijs variati & subfusci, nigricantis, & ex varijs coloribus commaculatus, commendatur ad dolores *Nephriticos*, & ardorem urinæ.

Vires. 13. *Lapis Quadratus*. *Lusitanis* *Pedra du Ferro*. Coloris inter *Magnetem* & *Hematitem* medij, Figura quadrangularis unde nomen, contractus non nisi in partes quadratas visitur. Inter duorum digitorum unguis in gyrum versatur. An Species *Magnetis*, vel an *Siderites Plinij*? Liquor in quo circumactus, aut attritus fuerit, *Viperarum* & aliorum venenatorum succurrit ictibus potus, & illitus Ad Partum facilitandum, fœtum mortuum educendum, secundinas pellendas; menses & urinam ciendam, grumos sanguinis extravasati deturbandos propinatur idem liquor, vel inungitur Oleum, in quo attritas fuit, vel integer lapis fœmori alligatur. In *Cephalalgia*, *Odontalgia*, *Ventriculj* cruciatibus, *Melancholia*, *Cholera morbo*, *Colicis* & *Iliacis* doloribus, *Stomachi* repletionem prodesse & alvum laxare ferunt, similiter ad *Diarrheas*, *Dysenterias* & *Tenesmum* commendant. *Liber* de simplic. Medic. *Galeno* attributus. Habet *Lapis Quadratus* in *Egypto* invenitur & est exalbidus. Viros habet viscidas & stringentes unde conceptum vitare dicitur, &c.

14. *Lapis Specularis Antipolaris*. Abundat in montibus *Paynam*. Candidus est, fragilis, in angularia & nitentia fragmina diffiliens, non tamen in bracteas scissilis.

15. *Lignum Molavin Petrefactum* asservo *Paracalense* exalbidum, corticem versus subfuscum, sublustre & *Pyrite*

compar soliditate. Ipfius Ligni pectinibus ftriatim.

16. *Alia frustra* habui coloris fubglauci.

17. *Aliud* fruftrum affervo *Palucpicanum*, verum non videtur eſſe Ligni *Molavin* fed potius Ligni *Guixo*. Coloris æruginofi, corticem verſus luteo & rubente & fuſco varium, pectinibus minus rectis quaſi interruptis.

18. Popal. Ceruſſa.

19. Tavas. Alumen.

20. *Terra Chinenſis Lokamſig*. Alba, odorata lapideſcens & aqua non diffluens eſt.

21. *Terra Mexicana Montis Jefus*. Fuſca eſt bituminofa, ſaponis inſtar pinguis & lævigabilis, aqua non diffluens.

22. *Terra argillacea alba, Medulla Luna* accedens, *Creta* candidior nec uſta nigreſcens. *Savonglupa* Indis.

23. *Terre Argillaceæ* variorum colorum, ut in montibus *Thermarum calidarum Lacus Bay*.

24. *Bolus communis. Barba* Indis.

25. *Ochra Europeæ* fimilis.

26. *Gypſum* eruitur *Tunaffanam* ad flumen. *Anapog* Indis.

27. *Guancabamba*, de quo *Calantzæ*, Lapis eſt albus creſcens in ſaxo nigro *Peruvij*, ac ſi viveret. Valet ad Ulcera, Vulnera, Hæmorrhagias, Diarrheas, Dyſenterias & Dyſuriam. *an Species Lactis Lunæ?* Vires.

28. *Bezoar Minerale Siculum, alijs Polvos de Funda* caro. *Terra eſt Lapidea* coloris ex albido cinerej ponderoſa. Operari volunt ſuaviter per ſecefſum, vel per urinam, vel ſudorem vel inſenſilem tranſpirationem. Propinant cum liquore conveniente horis medicis, bis alii quater per Diem, pondere ʒij pro Doſi. Dilaudant ut *Panacæam univerſalem* ad omnes morbos, ſpecifice vero contra Febres malignas, continuas, intermittentes, tertianas & quartanas. Ad Flatuum moleſtiam, Diarrheas, Dyſuriam, mixtum. Sanguinis, Eryſipelata, Impetiginem volaticam, Pruriginem ſudamina, Herpetem, Scabiem,

biem, Lepram, & alios affectus cutaneos. Imo et obstructions, sed quisq; suo abundet sensu, ego saltem nunquam insignioribus obstructions laborantibus. Hoc *Bezoar*, vel *Caspar Antonianum*. vel Nicholao Manuchianum exhibui, vel exhiberem, quia scio plures horum frequentiori usu plus damni quam utilitatis reportasse, quod non contingit ex usu *Lap. Bezoar* veri, ut pote substantia magis solubilis.

In Auriferis montibus *Buraguen* invenitur.

29. Flos Sulphuris Nativus, seu Mineralis levis, niveus, insipidas & quasi solubilis: *An Species Lactis Lune?* Ubi hic efforescit, subjacet Lapis durus, albus, hinc inde subnitens, ex parvis conglomeratus fragminibus, insipidus: *Floris Mater*.

30. Sulphur Nativum, vivum, seu virgineum, solare, leve, citrino aureum, splendens, & pellucidum in fragilibus glebis.

31. *Sulphur Minerale*. *Sanaya* & *Matilang Indis*. Est purum virens, ex quo liquato addito oleo fit fuscum, cujus quotannis circiter Centarij colliguntur & distrahuntur.

32. *Porog. Indis B. Sapo Tag. Terra Sigillata* rubra, butyracea, accedens Auxungiae folis, qua *Aurum* tingunt.

33. *Therma Calida*, in Provincia *Albay*, ad montem excelsum ignivomum. Ibidem flumen, quod 24 horarum spatio, *Plantas, Ligna, Pisces* in *Lapides* convertit.

34. *Therma Calida* ad *Lacum Bay*, Aqua salubris, lagena una evaporizata, relinquit salis subfulci, albescentis. *Dij.*

35. *Therma Calida* ad montes *Buraguen, Paynan & Paracale*.